



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 71. Thomæ Bacocii Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI. die quinta Junii, adeo pauper, ut juxta  
A.C. 1521. quorundam Scriptorum testimonium nequidem pro exequiarum sumptibus necessarias relinqueret pecunias. Corpus ejus, Leonis jussu Romam delatum conditum est in Ecclesia S. Vitalis.

## §. LXXI.

*Thomæ Bacocii Cardinalis extrema.*

*Ciaron. in. Leon. X. p. 102.*  
*Auberii l. c. Victorel. in add. ad Ciac.*  
**T**ertius erat Cardinalis Thomas Bacocius Strigoniensis Archiepiscopus, & in Hungaria Status Minister. Is natione Hungarus in oppido Herdovi Vespriniensis Diocesis ex mediocri fortunæ parentibus natus erat, & solo meritorum suffragio regnantibus Matthia Corvino, & Ladislao V. ad supremas dignitates evehebatur, ac primo quidem Agriensi Cardinali aliquamdiu a secretis fuit, tanta deinde valuit auctoritate, ut non solum Regis Hungariæ Cancellarius, sed etiam primo Tauriensis, dein Seniensis Episcopus, mox Archiepiscopus Strigoniensis electus fuerit. Postea in Cardinalium Senatum Ladislai Regis, & Reipublicæ Venetæ precibus ab Alexandro VI. die vigesima quinta Septembris Anno Christi millesimo quingentesimo adlectus, mox ab eodem Rege Status Ministerio præfectus fuit: Anno autem salutis millesimo

*Jhuans. hist. Hung. l. 3. § 6.*  
*Du Brav. l. 32. & 33.*

mo

mo quingentesimo duodecimo, Thomas Sæcul. XVI. A.C. 1521.  
 Romam profectus Julii II. morti præsens  
 adfuit, *confisus*, ut inquit Ciaconius, *se*  
*Successorem Julii in Pontificatu futurum.*  
 In Hungariam reversus, a Leone X. Le-  
 gatione in Bohemia & Hungaria auctus  
 est; ubi sacram militiam adversus Tur-  
 cas prædicari jussit, tanto successu, ut  
 citissime plusquam sexaginta hominum  
 millia confluerent, qui omnes cruce sig-  
 nari petebant. Fungebatur itidem mul-  
 tis legationibus, nimirum Constantino-  
 politana, Polonica, & Norvegica, nec  
 minus ablegatus quoque est ad Scotiæ  
 Regnum, necnon in Prussiam, Russiam  
 Livoniam, Valachiam, Silesiam, Lusa-  
 tiam, Moraviam, Transilvaniam, Dal-  
 matiam, Croatiam, & Moscoviam. In  
 Hungaria Seditionem in Ludovicum ju-  
 niorem motam sedavit, demum vero fe-  
 nio gravis, ac laboribus fractus, ibi-  
 dem die undecima Junii Anno Domini  
 millesimo quingentesimo vigesimo pri-  
 mo diem supremum obiit.

## §. LXXII.

*Raphaelis Riarii Cardinalis fata.*

Quartus, qui hoc anno inter Cardina- Ciac in Siact. IV. p. 70. Auherii. Vi- foret. loc. cit.  
 les obiit, erat Raphael de Riariis,  
 feu Galleovus, die tertia Maji Anno  
 millesimo quadringentesimo quinquage-  
 simo